UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

L. Celij Lacta[n]tij Firmiani christiano[rum] eloquentissimi de opificio dei vel formatione hominis liber

Lactantius, Lucius Caecilius Firmianus

Colonie, 1506

VD16 L 56

Cur deus dedit spiritu[m], temptatore[m] Cap. xx

urn:nbn:de:hbz:466:1-70248

Visual Library

poꝛe.⁊ q̇ victū nobis ex varijs rebꝫ ſubminiſtrat. ſapientiam quoqꝫ
homini tribuit.q: terrenus pater nullo modo dare pt̄. Ideoqꝫ ⁊ de
ſapiētibꝫ ſtulti.⁊ de ſtulti ſapientes ſepe naſcūtur.qđ q̇dā fato ac ſy
deribꝫ aſſignāt Sed nō eſt nūc locus de fato diſſerēdi.hoc dicere ſa
tis eſt.q etiā ſi aſtra efficiētiā rerū cōtinēt.nihilominus oīa a deo fi
eri.q̄ aſtra ipā ⁊ fecit.⁊ oꝛdinauit. Inepti ergo q̇ hāc poteſtatē deo
detrahūt ⁊ operi eiꝰ attribuūt. Hoc igiť dei munere celeſti atqꝫ pre/
claro an vtamur in noſtra voluit eē poteſtate. Hoc eñi cōceſſe ipm̄
hoiem virtutis ſacramētis religauit.q̄ vitā poſſet adipiſci Dedit ei
⁊ cōſtituit aduerſariū nequiſſimū ⁊ fallaciſſimū ſpiritū.cū q̄ in hac
terreſtri vita ſine vlla ſecuritatꝫ requie dimicaret Cur aūt deus hūc
vexatorē generi hoīm cōſtituerit.breuiter exponā

¶ Cur deus dedit ſpiritū temptatorē ¶ Cap.xx

ANte oīa diuerſitatē voluit eſſe.ideoqꝫ vulgo nō ape/
ruit veritatē.ſed eam pauciſſimis reuelauit. que diuerſi
tas oīe arcanū mūdi cōtinet Hec eſt eñi q̄ faciat virtutem que ſcꝫ
nō modo eſſe.ſed ne apparere q̇dem.q: ꝟtus eſſe nō poterit.niſi fue
rit cōpar aliq̇s In q̄ ſuperādo vim ſuā vel exerceat.vel oſtēdat Nā
vt victoria cōſtare ſine certamine nō pt̄.ſic nec ꝟtus q̇dē ipa ſine ho
ſte Ita qm̄ ꝟtutē dedit homini.ſtatuit ei cōtrario inimicū.ne ꝟtus
ocio toꝛpens naturam ſuam perderet. Cuius omnis ratio in eo eſt
vt concuſſa et labefacta firmetur. nec aliter ad ſummum faſtigium
poſſit venire.niſi prudenti manu ſemper agitata.ſe ad ſalutem ſu
am dimicandi tenoꝛe fundauerit. Noluit eñi deus hominē ad im
moꝛtalem illam beatitudinē delicato itinere peruenire. Daturus er
go virtutē.dedit hoſtē prius.q̄ animis hoīm cupiditates ⁊ vitia im

mitteret.qui eſſet autoꝛ erroꝝ maloꝛūqꝫ oīm machinatoꝛ. vt q̄niā deus hoīem ad vitā vocat.ille cōtra vt rapiat ⁊ traducat ad moꝛtē Hic eſt q̄ aut inducit aut decipit eos.q̄ veritati ſtudēt. aut ſi dolo ⁊ ſtudijs nō q̄uerit.virilē gerit aīam. qua ſublimū vigoꝛē labefactare conet̃.infanda dictu ⁊ execrabilia moliēs.vexat interficit. ⁊ tamen vt ꝓſternit multos.ſic a multis vict⁹ ꝓſtratuſqꝫ diſcedit. Magna eſt em̄ vis hoīs . magna rō.magnū ſacramētū A q̄ ſi q̄s nō defecerit nec fidē ſuā deuotōnēqꝫ ꝑdiderit.hic beat⁹.h̄ deniqꝫ(vt breuiſſimē) ſilijs deo ſit neceſſe eſt. Errat em̄ q̄ſquis hoīem carne metit̃. Nā hoc coꝛpuſculū quo induti ſumus hoīs receptaculū eſt. Nā ipſe homo neqꝫ tangi .neqꝫ aſpici.neqꝫ compꝛehendi pt̄. qꝛ latet intra hoc qđ videt̃. Qui ſi delicatus ac tener in hac vita aliter fuerit q̄ꝫ rō eius expoſcit.ſi ꝟtute cōtempta deſiderijs ſe carnis addixerit.cadet ⁊ p̄met̃ in terrā. Si aūt(vt debet)ſtatū ſuū.quē rectū recte ſoꝛtit⁹ eſt. ⁊ prompte cōſtāterqꝫ defenderit.ſi terre quā calcare ac vincere debet.nō ſeruierit.vitam merebitur ſempiternam.

¶ Operis concluſio ⁊ veritatē ſuperari nō poſſe ¶ Ca.xxi

HEc ad te Demetriane interim paucis ⁊ obſcuris foꝛtaſſe q̄ꝫ decuit.ꝑ rerū ac tēpoꝛis neceſſitate peroꝛaui .q̄bꝫ cōtētus eſſe debeas Plura ⁊ melioꝛa laturus.ſi nobis indulgētia celitus venerit.tūc ⁊ ego te ad vere philoſophie doctrinā ⁊ planius ⁊ veri⁹ cohoꝛtaboꝛ. Statui em̄ q̄ꝫ multa potero litteris tradere.q̄ ad vite beate ſtatū ſpectēt Et q̄dē cōtra philoſophos.q̄m̄ ſunt ad ꝯturbandā veritatē ꝑnicioſi ⁊ graues. Incredibilis em̄ eſt vis eloquētie ⁊ argumētandi diſſerendiqꝫ ſubtilitas q̄ꝫuis facile decipiat quos partim noſtris armis.partim vero ex ipoꝝ inter ſe cōſertatōe ſumptis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN